

69. 5. F 18

Lozzi registra solo la prima parte che dice "rarissima„ l'aggiunta è rimasta sconosciuta.

09-5-F-18

Institutio ⁊ capitula Auditorij Perusine Rote.





AVGVSTA PERVSIA

BE.

63-5-I-18

¶Sapientissimo viro ac Iuris Consulto Consumatissimo Guilielmo Pontano Priscianus Ansideus In Decemuiratu Minimus Salutem.P.D.

SAPIENTER dicere solebat Plato ille cognomēto diuinus Beatissimas fore Ciuitates si Philosophi regerent, aut Reges philosopharent. Quod quidem nunc usu nobis euenire sentio: Namq; & si reipub. multum arma conferunt (quibus Ciuitates hęc nostra dum erit lætabitur) non minus tñ leges & statuta proficere cōpertum est/quum idem Plato periculosius ciuitatem sine legibus q̄ȝ sine muris stare dixerit. Fuerat olim iudiciarium illud forum nostrum integerrimum nulla labe pollutum sanctum & iustum ut pote sanctis ac integerrimis Viris semper in illo p̄sidētibus: at postq̄ȝ tempoꝝ infelicitate in manibus improboꝝ deuenit/corrupta iudicia sūt fides nulla/pro iure iniuria/pro æquitate iniqtas sūma/& si oīa uenalia facta esse dixerim certe nō mentiar: Actum ꝓculdubio erat de iuris & iustitiæ ministerio ni ꝓuida & sapiens ista uṙa philosophoꝝ scola succurrisset, penes quam sanctitas prudentia dignitas moderatio reipub. precipua & maxima est/scola inq̄ȝ ista Ethicoꝝ cuius consilio & suasu Patres Conscripti qui tunc curam publicā gerebant te ad Pont. Max. Clementem. VII. dum Bononiæ ageret instituēde Rotæ causa (sic iudiciū collegium uocant) Oratorem decreuere quo tu perbelle atq; egregie functus munere: Id ægisti ut idem Sanctissimus Pont. nō tam annuere p̄cibus tuis q̄ȝ ultro decemuiris nostris sūmū in republi. magistratum gerentibus auctoritatem maturande rei conferre uisus sit: qbus ad uestrum istum præclarissimum ordinem tanq̄ȝ ad perennem sapientię fontem negocium reicientibus Capita q̄dam & sanctiones maturius digesistis: quibus Iudicibus illis electionis modus & meta auctoritatis in iure dicendo sapientissime p̄finit. Ea viro oīa approbante iamdudum Illustrissimo ac Reuerendiss. illo p̄ncipe Medice ꝓuincię nr̄ę Legato ac robur suę auctoritatis ad ingenii sui benignitatem & munificentiam in nos declarādam adiiciente: Tuæ partes erunt ultimam manū imponere & curare, ueluti facis, ut fœtus hic uester in lucem ꝓdeat q̄ȝ ocissime: Spero quidem per gratum fore oībus Ciuibus nostris si decreta illa tipis emendatissimis ad cōem utilitatem ꝓtinus excudātur. De me aūt si qd ex hoc magistratu auctoritatis aut industrię ad id ꝯferre possim ita polliceor/ꝙ studium & diligentiā meam quātulacūq; fuerit nunq̄ȝ desiderabis. Vale & nos ama. Ex palatio publico pridie KL. Septemb. M. D. XXX.

CLEMENS PAPA. VII.



Dilecti filij Salutem ꝛ apostolicam benedictionez. Exponi nobis nuper fecistis per dilectum filiuz Guilielmum Pontanum. U. J. doctorem oratorem vestrum: Ut si officia preture suorumqꝫ collateralium necnō officiuz iudicis appellationum Barisellí popu li nuncupatū istius nostre ciuitatis cum eorum iurisdictionibus ac salarijs, ꝛ emolumētis: in noua officia quattuor Auditorum Rote nuncupata assensu/ ꝛ auctoritate nostra in ista ciuitate erigenda ꝛ constituenda transferentur seu cōmutarentur in non mediocre eiusdem Ciuitatis ac territorij cōmoduz faciliorēmqꝫ iusticie (absqꝫ labis alicuius suspitione administrationem cederet prout in pluribus alijs insignibus ciuitatibus/in qbus huiusmodi Rote auditoria instituta fuerunt) idem ꝯtigisse experientia docuit: Nos igitur qui ciuitatem ipsam paterna charitate prosequimur: Cupientes vt in solita fide ꝛ constantia erga nos ꝛ sedem apostolicam, vos perseueretis, ꝛ iusticia istic ministretur: Uestris in hac parte supplicationibus inclinati, officia preturæ suorumqꝫ collecteralium ꝛ officialiū ac iudicatus appellationum seu Barisellatus cum eoꝝ iurisdictionibus auctoritate apostolica Tenore presentium extinguimus ꝛ annullamus eaqꝫ cum eorum ꝛ cuiusqꝫ ipsorum iurisdictionibus ꝛ salarijs ac emolumentis solitis ꝛ consuetis in dictum Auditorium seu Auditores Rote ibidem constituende, ꝛ non in alios vsus conuertenda: auctoritate prefata trasferrimus ꝛ cōmutamus Saluis ꝛ reseruatis secretariorum Taxis ꝛ alijs retentionibus hactenus fieri solitis. Dantes vobis facul-

tatem & auctoritatem circa ipsius noui officij institutionem Capitula quot & que decentia oportuna ac vtilia videbuntur cum presentia tamen & consensu presentis & pro tempore existentis venerabilis patris vicelegati formandi & componendi: Mandantes eidem vicelegato & alijs officialibus quouis nomine nũcupatis vt ea que in premissis fuerint per vos vt prefertur statuta & ordinata inuiolabiliter obseruent & faciant ab alijs obseruari. Constitutionibus & ordinamentis Apostolicis ac dicte Preture & Capitaneatus: Constitione Necnon statutis & cõsuetudinibus dicte Ciuitatis iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis ceterisq; cõtrarijs nõ obstantibus quibuscunq; Volumus autem q modernus pretor & alij officiales qui in presentiarum eorum officia exercent dicta eorum officia iuxta Breuia eis concessa absq; contradictione aliqua finire possint. Datum Bononie sub annulo piscatoris. Die.xxviij. Martij. .M. D. xxx. Pont. Nostri Anno. Septimo.

Euangelista.

Atergo. Dilectis filijs Prioribus & Communitati Ciuitatis nostre Perusie.

De Officio et ordinamentis Judicum et Auditorum Rotę Magnifice Ciuitatis Perusię.
Cap. I.



Um Placuerit. S. D. N. Clementi. vij. nuper concedere Magnificę Ciuitati Perusię ad ipsius augumentum et faciliorem iusticię administrationem/ quod in eadem quattuor Doc. Forenses constituantur qui eandem iurisdictionem habeant, quam ex forma statutorum/reformationum seu quarumcunque Constitutionum dictę ciuitatis/necnon et indultorum apostolicorum, seu etiam de iure cōmuni Potestas cum ipsius iudicibus et collacteralibus ac etiam Judex appellationum seu Barigellus populi cum eorum et cuiusque ipsorum officialibus habeant, prout in litteris apostolicis in forma breuis desuper editis et dictę Magnifice Cōmunitati directis latius continetur. Cumque in eisdem litteris facultas et auctoritas concessa fuerit. M. D. P. formādi capitula quę et quot necessaria atque oportuna desuper videbuntur Jdcirco presentes. M. D. P. habito sepius colloquio ac matura consultatione cum eximijs J. U. doc. dño Uincētio de Herculanis, dño Paulo Saluucio dño Lamberto Gratiano, dño Rigutio de Rigutijs, domino Aenea de vbaldis, et dño Guilielmo Pontano pro dicti officij institutione, ordinatione ac forma cōstituerunt et ordinauerunt vt infra sequitur.

¶ Jmprimis quod officium predictum dici, nominari et nuncupari debeat Officium quattuor Auditorum Rotę et Judicum Magnifice ciuitatis Perusie per. S. D. N. fieri et ordinari concessum.

¶ Jtem quod dictum officium duobus continuis annis durare debeat, possit tamen per modum et viam solēnis refirmę ad aliud biennium et non vltra prorogari vt. J. dicetur.

Quoniam Precipue id animaduertendum est vt viri graues recta conscientia, morum integritate ac litterarum copia prediti ad id officium eligantur ꝛ deputentur. Ideo vt ad talem electionem ea qua possibile est prouida ac matura consultatione perueniatur, omnisq; in ea facienda praue labis suspitio cesset: per infrascriptos sub hac forma fieri debeat vz. Qz per Magnificos. D. P. p tempore existentes vna cum dñis Consulibus Mercantie, ꝛ Auditoribus Cambij eligi debeant, viginti prudentes ꝛ deum timentes viri Ciues Perusini nemini ipsorum in primo vel secundo gradu attinentes, etate ac rerum experientia graues: quattuor ex qualibet Ciuitatis Porta: in secreto dictorum. M. D. P. Consulum ꝛ Auditorum consilio ꝛ scrutinio, Qua facta electione nomina dictorum viginti Ciuium describantur pro electoribus dictorum. d. Auditorum/ vz. pro electione facienda semel, ꝛ eodez modo forma ꝛ ordine per eosdem eligantur alij Ciues de viginti in viginti vsq; ad numeruz centum/ ꝛ sic fiant electores ad electiones quinq; diuersis vicibus faciendas/ ꝛ claudantur eorum nomina sub cera in quinq; globis seu palloctis: sorte vbi electio facienda erit extrahēdis: vna vz/ pro qualibet electione, Et quia facile contingere poterit ꝙ dum fient publicationes dictoꝝ electorum, maxime pro vltimis electionibus faciendis: aliqui erunt mortui, tali casu eueniente loco mortuoꝝ subrogentur ꝛ subrogati esse intelligantur ex illis qui viui reperientur de precedentibus publicationib9 vz/ ex porta seu portis mortui seu mortuoꝝ preferendo cuiuslibet porte seniores.

¶ Prima aūt publicatio viginti Electorum ex centū vt. s. fieri debeat de mense Augusti ꝛ ante medium eiusdem mēsis de presenti anno die: quo. M. D. P. oportunuz videbitur, Et ita de mense Augusti ꝛ ante medium eiusdem mēsis fieri ꝛ seruari debeat, alijs successiuis secūdis annis cuiuslibet biennij. Qua facta publicatione dicti publicati Electores cura ꝛ mādato. M. D. P. moneri ꝛ vocari debeāt, per octo dies ante diem in quo electio facienda erit ꝛ cnm certa declaratione ꝛ expressione talis

diei q͂ adesse ꝛ cõuenire debeant de mane ad electionem dictoꝝ D. Auditorum Rotę faciendã In capella. M. D. P. Et simi liter ante notificationem faciendam vt. s̃. dictis Electoribus per quattuor dies moneri debeat Prior Collegij doc. U. J. q͂ de beat conuocare ꝛ congregare doc. dicti Collegij, Seniores oẽs videlicet, incipiendo a seniore ꝛ descendendo vsq3 ad medieta tem numeri Doc. Collegiatorum, Qui doc. debeant inter se ꝓ ponere discutere ꝛ demum eligere octo doc. Forenses, idoneos, probos, ꝛ eruditos: ac etiam habiles ad dictum officium, Audi toratus Rotę gerendum ꝛ exercendu3 In eorum secreto scruti nio per fabas albas ꝛ nigras more solito: Quorum octo Doc. nomina ꝛ cognomina cu3 noĩe patrię vniuscuiusq3 dictus prior Collegij cum notario de tali electione rogato debeant inconti nenti dare ꝛ presentare. M. D. P. per ipsos statim publican da ꝛ manifestanda dictis electoribus ad hoc vt ipsi durante tem pore dictoꝝ octo dierum possint bene informari ꝛ certificari de meritis ꝛ qualitatibus dictoru3 octo nominatoꝝ ꝛ presentatoꝝ vt. s̃. Cum autem dictus ordinatus ꝛ statutus dies aduenerit ad faciendam dictã electionem, dicti viginti Electores in dicta Ca pella. M. D. P. conuenire debeant de mane premisso, tamen prius maioris Campane sonitu per spaciũ vniu3 hore durante, Quibus cõgregatis (astantibus ẽt ibidem. M. D. P. si adesse voluerint) sancti Spiritus missa deuote celebrẽ Deoq3 Ma ximo beatissime Uirgini ꝛ sanctis Omnibus (ꝛ p̃cipue beatis simis Laurentio, Herculano ꝛ Constantio Magnifice Ciuita tis Perusię Protectoribus) preces fũdãtur vt Electores ipsi diuina gratia illuminati talem ac talium electione3 faciant, que Deo primum accepta sit ꝛ ad honorem. S. D. N. sanctiq3 sedis Apostolice: conseruationem ꝛ augumentum ecclesiastici status: ꝛ simul Magnifice Ciuitatis Perusię eiusq3 Territorio Ho minibus ꝛ personis vtilis ꝛ honorifica, Quibus peractis moꝝ Cancellarius. M. D. P. accepto ex sacro altari Euangelioru3 libro omnibus dictis Electoribus sub hac forma iuramentũ de ferat Q3 vniusquisq3 in tali quattuor. d. Auditoru3 electione fa cienda voces suas vota seu suffragia dabit/nulla alia considera

tione babita q̄ bonoris Dei ac publice vtilitatis ꝛ solo intuitu probitatis cuiusq; eligendi, remotaq; penitus amicitię, rogationis seu alterius cuiuscunq; affectus seu particularis interesse ratione. Quo prestito iuramento distributisq; interim per dictum Cancellarium siue aliu fabis albis ꝛ nigris dictis viginti Electoribus notarius. M. D. P. dictos octo doc. per priorem collegij vt. s. presentatos eo ordine quo in p̄sentatione descripti apparebunt omnes legat ꝛ deinde singulariter proponat ꝛ separatim vnusquisq; dictoꝝ octo Doc. secreto scrutinio ipsorum viginti Electorum more solito subijciatur. Liceat tamen ipsis electoribus si quando alicui ipsoru videbitur post propositionem, anteq̄ suffragia siue fabę ab ipsis electoribus dentur ꝓbitatem virtutes, merita (ꝛ parimodo vitia ꝛ demerita si aderūt) scrutinādi breuibus v̄bis in mediu afferre atq; alijs qui forte ignorauerint atestari. Demum finitis omniu dictoꝝ octo doc. scrutinijs ꝛ simul omnibus apertis ac manifestatis: illi quattuor quos cęteros. s. (tamē duodecim fabas albas) in suffragijs seu fabis superasse apparebit, electi esse intelligantur ꝛ sint. Et si cōtingeret aliquem ex dictis doc. electis nō posse vel nolle ad id officiu venire: tunc alius ex dictis octo, ꝓpositis, q sequens in numero fabaru albaꝝ post dictos quattuor fuerit, electus esse intelligatur, dum tamen a sufficienti numero vt p̄fertur approbatus fuerit. Nullus tamen proponi possit qui nō sit doctor saltem decem annoꝝ vel adminus quinq;. Quiq; consanguineus vel affinis sit alicui ciui perusino in primo vel secundo vel tertio Consanguinitatis vel affininitatis gradu, ſm ius Canonicu cōputandum. Similiter nec qui id vel aliud officium gesserit in eadem ciuitate per tres annos ante. Cuius etia domicilium, per viginti miliaria a dicta Ciuitate non distet. Preterea ad hoc vt antedicti doc. ad id officiū bene, diligenter ac fideliter exercendum promptiores atq; animosiores reddantur. Licitum sit eos vltra primum biennium ad aliud secundum biennium ei continuandum, ꝛ non ad vlterius tempus, refirmare. Que refirma fieri debeat ꝛ obtineri primo in collegio doc. J. U. per duas partes de tribus dictoꝝ senioꝝ doc. dicti collegij. Secundo similiter per ele-

ctores alterius pallocte extrahende et publicande vt. S. dictum est obseruari debere in prima electione. Pro salario autem et mercede scripturarum et laboris in dictis Electoribus licitum sit dicto Cancellario Cōmunitatis recipere a quolibet dictorum. D. Auditorum ducatum vnum arui tempore quo electio per ipsum cancellarium solenniter et sub decenti forma scripta presentabitur, Que electiones cura. M. D. P. per nuncios ab ipsis destinandos impensis Cōmunitatis mittantur. Pro refirma aūt quadraginta solidos a quolibet dictorum. D. Auditorum refirmatorum idem cancellarius recipere possit: pro autentica scriptura ipsius refirme que sola sufficiat.

¶ De distincta dictorum Do. Quattuor Auditorum iurisdictione. Cap. 3.

Distincta Sit inter ipsos iurisdictio dictorum. D. Auditorum et Judicum hoc modo et forma, videlicet quod tres antiquores sint Auditores et iudices ordinarij in primis causis tam ciuilibus quam criminalibus quam mixtis/omnibusque alijs inter homines et personas trium primarum Portarum dicte Ciuitatis et comitatus: Quartus vero reliquarum duarum Portarū, Et illam iurisdictionem habeant (videlicet seruata dicta distinctione iurisdictionis portarum in omnibus et per omnia) quam potestas et eius iudices et collacterales habēt. Secundum statuta et ordinamenta quecūque dicte Ciuitatis ac perinde habeant et sit ac si statuta et ordinamēta p̄dicta de dictis. d. Auditoribus loquerentur: Quilibet et ipsorum. D. Auditorum pro tempore sex mensium dicti biennij gerat officium potestatis et sit Potestas, Retenta tamen ac durante iurisdictione quam ex distributione iurisdictionis Portarum, vt prefertur: eum habere contingat: Sit preterea executor mediantibus suis officialibus et ministris omnium et singularum sententiarum et condemnationum in criminalibus ac etiam in ciuilibus. Qui potestas dicto sex mensium tempore durante habitare debeat in palatio potestatis in maiori platea sito, Et sedere debeat ad ius reddēdum horis et temporibus debitis in sala inferiori dicti palatij ad tribunal cō

suetum Et similiter sedere debeāt in eadem sala alij do. Auditores ꝛ iudices ad tribunalia portarum qbus preerunt. Quilibet etiam ex predictis. D. Auditoribus per tempus sex mēsium dicti biēnij sit Capitaneus ꝛ Barigellus populi Perusini: Et habeat iurisdictionem super damnis datis ꝛ aliam quamlibet per statuta ꝛ ordinamenta dicte ciuitatis Capitaneo seu Barigello atributam ꝛ appellationum ꝛ recursuum vt infra. Et habitare debeat dicto tempore in palatio capitanei in minori platea sito, ꝛ ibi super damnis datis ius reddere: Retenta tamen ꝛ durante iurisdictione quam ſm distributionem portaruꝫ habebat put. s. de potestate dictum est: Distributio aūt ꝛ consignatio temporū semestralium dictoꝝ officioꝝ Potestarie ꝛ Capitaneatus sorte fieri debeat ꝛ fiat: coram. M. D. P. ita tamen ꝙ vnus ꝛ idem simul ꝛ eodem tempore potestas ꝛ capitaneus esse non possit. Reliqui vero duo do. Auditores habitent vnus in palatio potestatis, alius in palatio capitanei, prout cócordes erunt aut sortes inter ipsos dirimetur. Portarum autem cōsignatio fiat ſm ordinem graduum doctoratus ipsorum Auditorum ita ꝙ priores in gradu digniores portas habeant.

¶ Item a sententijs per ipsos. D. Auditores in primis causis ferendis ꝛ subinde latis (a quibus ſm formam statutoruꝫ ꝛ ordinamentorum dicte ciuitatis non est prohibitum) ad tres illos qui sentētiam non tulerunt appellari, recurri de nullitate ꝛ grauamine dici possit, videlicet hoc ordine ꝙ ad vnum ex eis ad libitum appellantis pncipalr appellet, recurrere, de nullitate aut grauamine dicat ꝛ coraꝫ eo pcessus ꝛ acta fiant. Liceat tñ partibus vel ipsarum alteri, petere infra decem dies a die exhibitarum exceptionuꝫ in causa appellationis ꝛc. cōputandos, ꝙ reliqui duo ad sentētiam ferendam addant, ꝛ ex tūc facta dicta petitione intelligantur esse additi absqꝫ aliqua alia declaratione.

¶ Item ꝙ tres ex dictis. D. Auditoribus videlicet illi tres qui preerunt singulis tribus primis portis vt. s. esse debeāt ꝛ sint Judices ordinarij omnium ꝛ singularum causarū appellationum, nullitatum, grauaminum ꝛ recursuum: ab omnibus sententijs ꝛ pronuncijs per quoscunqꝫ alios iudices tam dicte Ciuitatis ꝙ̄

comitatus iudicialiter latis a quibus ſm formam ſtatutoꝝ ap/
pellari, de nullitate dici vel recurri non ſit ꝓhibituꝫ:necnō a q-
buſcunqꝫ pronuncijs, grauaminibus, laudis ⁊ arbitramētis eẍ
iudicialiter latis:Eo tn̄ modo ⁊ ordine ꝙ coraꝫ vno ꝓceſſus fiāt
⁊ reliqui duo addi poſſint ſicut in precedenti capl'o dictum eſt.
¶ Item in cauſis in quibus peteretur executio alicuius inſtru/
menti vel alterius ſcripture ſm formam ſtatutoruꝫ: Et in cauſis
in quibus peteretur fieri compromiſſum.D.Auditor ⁊ Judex
coram quo cauſa agitabitur iudicare debeat non ſolus, ſed cum
alijs duobus Auditoribus ⁊ Judicibus ꝓximiorum anteceden
tium vel ſequentium portaꝝ ſm ꝙ duas antecedentes aut duas
ſequentes,cum habere contingat cum pme ⁊ ſecunde porte iudi
ces duos antecedentes nō habeant nec alij duo duos ſequentes.
¶ Item vt.D.Auditores pfati in dictis ſecundis cauſis coram
eis vertentibus perpenſius maturiuſqꝫ ꝓcedant: Teneantur ⁊
obligati ſint infra terminuꝫ quinqꝫ dierum a die ſententie cōpu/
tandoꝝ, dare in ſcriptis in manibus notarij cauſe fundamenta,
rōnes, ſeu motiua ſuper qbus ſe fundarunt, qui notarius parti
petenti copiaꝫ tradere teneatur, ⁊ ſimiliter in cauſis de quibus
in proximo precedenti capitulo.
¶ Item ſi in concludendo circa ſententias ferendas in cauſis
appellationum ſiue alijs de qbus.ſ.dictos dominos Auditores
inuicem diſcordare contingeret duoꝝ ſententia pualeat, Et ſi in
triplici diuerſa opinione fuerint tūc per.M.D.P.⁊ ipſorum
mādato (ſub pena ipſoꝝ arbitrio imponēda ⁊ de ſalario dicto/
rum.D.Auditoꝝ de facto ⁊ abſqꝫ aliqua ſententia vel declara/
tione retinenda) ꝯcordare ac ſentētiam ferre cōcorditer cogant
infra terminum per ipſos.M.D.P.aſſignandum.
¶ Auditores pdicti teneantur ⁊ debeant lites ⁊ cauſas coram
ipſis vertentes cognoſcere, diffinire ac fine debito terminare in/
fra terminos in ſtatutis ⁊ ordinamentis Ciuitatis, cōtentoſ:ſub
penis de quibus in eis: Que ſtatuta ⁊ maxime illa ſub rubricis
de Ordinaria cognitione, de Summaria cognitione, ⁊ de exe/
qoutione inſtrumentoꝝ, ⁊ reliqua omnia tempus inſtantie tam
in ciuilibus ꝙ̄ in criminalibus ꝙ̄ alijs qbuſcūqꝫ cauſis prefigen/

tis precise servari debeat. Idq3 solu3 liceat cuilibet ex dictis. D. Auditoribus scilicet in qualibet causa coram eo vertente vltimu terminu statutarium prorgare vsq3 ad decem dies vt maturius procedere et diffinire valeant.

¶ Nemo ex dictis. D. Auditoribus possit sportulas aliquas p sententijs seu pronuntijs (neq3 pro aliquo alio quod agi cótingeret in processibus et causis) salariu3 aliquod accipere etiam a sponte soluentibus, neq3 aliquod genus muneris Pena ducentarum lib. deñ. de eorum salario retinendor et applicandor cómuni Perusię vice qualibet iminente. Pro testium aût examine (quod per se facere teneantur nec notarijs vel alteri cómittere possint) liceat eis accipere quinq3 solidos tantum pro cuiuslibet testis examinatione, Notarijs etia3 tantúdem in causis ciuilibus, Et similiter in criminalibus p illor testium examinatione qui pro parte se defendente inducerentur accipere possint.

¶ Consulere vel aduocare dicto biennio durante nemo ipsor possit Cótrafaciens in pena3. C. lib. deñ. de eius salario retinendorum vice qualibet incidat.

¶ De Officialibus et Famulis per Potestatem, Capitaneu3 et dd. Auditores retinendis. Cap. 4.

QVilibet Dictorum. D. quattuor Auditoru3 semper dicto biennio durante adminus retinere debeat duos famulos: a qbus decenter honerentur et seruitia recipiant. Ille vero qui pro tempore Potestas erit penes se retinere et alere debeat (vltra dictos duos famulos) qnq3 notarios forenses qui þm formam statutor in qnq3 diuersis libris sumptibus ipsius potestatis emendis/processus et acta in causis maleficiorum describant: Unus v3 pro qualibet Porta. Item duos socios Milites cú quattuordecim famulis seu birruarijs. Item vnum domicellum qui ipsum potestate3 cum ense et galero more solito antecedat. Item ille qui p tempore Capitaneus erit (vltra dictos duos famulos) retinere et alere dbeat tres notarios qui damnor dator notarij sint, Et cura3 Carcerum et

carceratorum in dicto Palatio Capitanei habeant secundum quod ipsi do. Capitaneo/cuius principale onus et cura sit, videbitur et placebit: Ac etiam retinere debeat quattuor birruarios qui una cum dictis tribus notariis executiones a statutis et ordinamentis civitatis Capitaneo et eius familie permissas facere possint et faciant. Qui omnes dum (iuxta mores civitatis) .M.D.P. ad Ecclesias, processiones, seu alios actus solemnes incedent una cum ipsis .M.D.P. pro honore civitatis ire debeant. Hoc vz ordine: Quod Potestas et Capitaneus inter dictos .M.D.P. more solito locum habeant: Alii vero duo post ipsos .M.D.P. et ipsorum notarium a ceteris omnibus honorati sequantur.

De salariis dictorum .D. Auditorum et Officialium. Cap. 5.

Imprimis Salarium dictorum .D. Auditorum sit et esse debeat mille noningentorum viginti florenorum/de marchia .i. ad rationem decem grossonum pro floreno quolibet: vz Ita ut unusquisque ipsorum D. Auditorum habere debeat et habeat pro ipsius ordinario salario florenos quadringentos octuaginta anno quolibet, et ultra dictum salarium unusquisque ipsorum .D. Auditorum habere debeat et habeat salmas sex tritici anno quolibet de tritico Cōmunitatis.

Item ille .D. Auditor qui pro sex mensibus erit Potestas ut .s. habere debeat augumentum in florenis ducentis octuaginta octo ad eandem rationem pro onere alendi dictos duos socios Milites, quinque Notarios maleficiorum, quattuordecim Famulos sive birruarios ultra duos famulos ordinarie per eum retinendos ut .s. et unum domicellum ac etiam pro onere solvendi salaria dictis quattuordecim famulis.

Item salaria quinque Notariorum ad maleficia, et sociorum militum, ad unam summam redacta sint et esse debeat .florenorum octuaginta quattuor ad eandem rationem: Ita quod quilibet predictorum habere debet et habeat mēse quolibet florenos duos, Que tamen salaria ipsis notariis et sociis militibus per depositarium cōmunis Perusie et non per potestatem solui debeant.

¶ Item Do. Barigellus pro tempore sex mensium habere debeat et habeat augumentum in florenis octuaginta quattuor ad dictam rationem: pro onere alendi tres notarios et quattuor famulos: vltra duos per eum ordinarie retinendos: Ac etiam pro salario dictorum quattuor famulorum: Salarium aūt dictis tribus notarijs solui debeat et soluatur per eundem depositarium Cōmunis in florenis trigintasex ad dictam rationem decem grossonum pro quolibet floreno: Ita quod vnusquisque dictorum notariorum habere debeat et habeat florenos duos mense quolibet pro eius salario: Ea tamen addita declaratione, cōditione, et limitatione quod si de rata prouentuum et emolumentorum ipsis notarijs obuenienti ex lucro officij damnorum datorum habuerint et quilibet eorum habuerit dictam quantitatem duorum florenorum mense quolibet vel vltra: tunc et eo casu dictum salarium habere non debeant a depositario predicto, sed dicta portione lucri contenti esse debeant. Et illud salarium applicetur et eo casu applicatum esse intelligatur dictis quattuor. do. Auditoribus inter ipsos equaliter distribuendum.

¶ Demum ad tollendum omne dubium hec additur declaratio, quod dictis do. Auditoribus et officialibus vel eorum alicui siue ipsorum vel alicuius eorum salarijs antedictis nullum penitus onus seu grauamen etiam minimum alicuius exactionis vel aliter quomodocunque ab aliqua persona (etiam quouis Magistratu, Officio, vel dignitate fungēte) imponi possit vel imponatur aliqua ratione vel causa, sed solum dicti dñi Auditores teneantur ad soluendas quātitates Cancellario pro electionibus et refirmis de quibus. s. et quantitates pro syndicatu siue Syndicatoribus de quibus. i. dicetur: ab alijs autem omnibus oneribus et impositionibus eorum omnium persone ac salaria immunes et exenti immunia et exenta esse intelligantur et sint.

¶ Item quia facta diligēti computatione et calculo detractisque summis et quantitibus hactenus pro d. Secretarijs et eorum taxis impositis retineri solitis, ex salario dño Potestati ac dño Capitaneo antea constitutis per Cōmunitatem soluendo supersunt et superabundant vltra quantitates de quibus. s. floreni nonaginta sex annui ad dictam rationem pro floreno quolibet. Declara

tur q̄ ea quātitas fuit ex dictis salarijs dimissa ꝛ non distributa vt ea sit ꝛ esse debeat salarium Notarij examinis: cuius officium iudicatum fuit ꝛ iudicatur esse valde expediens: Ita tamen q̄ forensis sit ꝛ non ciuis, ꝛ per se non aūt per substitutum dictum officium exerceat: ꝛ vna cum alijs antedictis sindicetur.

De Syndicatu ꝛ Sindicatoribus. Cap. 6.

Cum onus Syndicandi magni momenti sit, viros q̄ ætate graues ꝛ circūspectos optimis q̄ moribus ac prudentia preditos requirat: Syndicatores ad syndicādum predictos do. Auditores/Notarios/socios Milites/ꝛ famulos ordinentur ꝛ fiant hoc modo/vz: Q̄ per decem dies ante finem cuiuslibet semestris per Magnifica Collegia Artium Mercantię ꝛ Cambij insimul congreganda fiat electio trium Syndicatoꝝ ex probis ꝛ circumspectis viris dicte Ciuitatis siue ex dictis collegiatis siue alijs: Qui dictos quattuor do. Auditores/Notarios/Socios milites ꝛ famulos, sindicare debeant ꝛ syndicent: pro omnibus gestis dicto semestrali tempore: p̄ter q̄ quo ad officium Capitanei ꝛ ipsius Notarioꝝ ꝛ familie. Item fiat electio alterius sindicatoris: Qui sindicator cum Auditorem qui dicto semestri Capitaneus fuit cuꝫ ei⁹ Notarijs ꝛ familia: pro gestis in ipso capitaneatus officio sindicare debeat ꝛ sindicet. Quibus tribus Sindicatoribus vnus Consultor ꝛ vnus Notarius: Et similiter alteri sindicatori de quo .s̄. alius Consultor ꝛ alius Notarius addantur: ex sacculo officioꝝ vna cum ipsis sindicatoribus vt .s̄. electis hoc est eodem die publicandi. Habeant q̄ dicti tres Sindicatores Consultor ꝛ Notarius id salarium ab eo Auditore qui fuit Potestas qd̄ sindicatoribus consultori ꝛ notario pro sindicatu potestatis/iudicuꝫ officialium ꝛ familie ipsius dari consueuit. Et similiter alius sindicator cōsultor ꝛ notarius id salarium habeant a dicto Capi/

taneo qd findicator consultor τ notarius capitanei seu Barigel/
li hactenus habere consuerunt:que onera soluendi dicta salaria
dictis sindicatoribus consultoribus τ notarijs cum expressione
certa quantitatũ,quas sũmabũt, debeant per Cancellarium in
electionibus cuiuslibet d.Auditoris poni τ declarari, Atq ma-
gis q̃ fieri possit vetera Ciuitatis ordinamenta illesa perma-
neant in talium sindicatu forma statuti sub Rubrica de sindicatu
potestatis τ capitanei τ officialium,in ceteris vltra p̃missa/per
omnia seruetur. Ea tamen declaratione addita q per sindica-
tus predictos nõ intelligatur esse nec sit adempta facultas vni-
cuiq agendi contra predictos sindicatos τ ipsoꝝ quemlibet in
fine biennij vel alias quandocũq via ordinaria pro his tamen
causis τ rebus pro quibus non fuerit actum coram dictis sindi/
catoribus/immo dicta facultas agendi via ordinaria reseruata
esse censeatur.



REVERENDISSIMO AC ILLVSTISS.

DOMINO DO. HYPOL. S. R. E. DYACONO CARDI.
DE MEDICIS APOSTOLICO VMBRIAE LEGATO
DIGNISS. ET NVMINI NOSTRO COLENDISS.
FIDELES SERVI AC CLIENTES HVMIL-
LIMI / PRIORES ARTIVM CIVITATIS
PERVSIAE FELICITATEM PROM-
PTAM OBEDIENTIAM PERPE-
TVAMQ; SERVITV-
TEM. D.



Mirificum Erat studium & desiderium Nostrorum ciuium Reuerendissime ac Illustriss. domine vt his malis quibus sub iustitię pretextu passim ab officialibus nostris afficiebant/ eximerent se se & Ecclesiasticā illam libertatem quā Apostolice sedis indulgentia Maiores nostri semper gauisi fuerant quasi malignitate tempoꝝ amissā denuo vendicarent: Expilabamur.n.quottidie ac opprimebamur nec vnq̄ iuris ministerium etiam millies imploratum nisi turpi æris interuentu extorquebamus, & q̄q̄ presides nostri & presertim q ab ista Reuerendissima bonitate tua delegant occulatius occurrerent, niterenturq; assidue dum ad eos prouocaremus iustitię rectitudinem inducere: eo tamen malum processerat vt controuersię inter ciues exortę dum huiusmodi prouocationibus imortales fierent, potius transactionibus litigātium q̄ diffinitiua iuris decisione sedarentur. Excogitauimus itaq; (florentissimarum in Italia ciuitatum exemplo ducti) loco prioris posterisq; Judicis apud nos soliti Collegium seu Judiciariam Rotam, qua nō defatigetur ciues nostri non irrideantur nō euiscerentur nimijs & nūq̄ intermissis sumptibus sed statim iusticiam ipsam vbi implorata fuerit potius administratam q̄ emptam consequantur: Erit igitur benignitatis. T. D. R. exalta ista specula cui prepo-

sita est ad moderandas habenas nostrę Ciuitatis fauere seruis suis ꝛ huic nostro desiderio (quod non minus honestum est ꝙ necessarium) pie ac liberaliter indulgere. Si enim opprimimur T. R. D. intererit releuare Clientes suos si exhaurimur fortu-nijs illius quoqꝫ erit pium officium subuenire exhaustis ac bene-facere/cuꝫ illam tamqꝫ Numen ad refugium ꝛ saluteꝫ nostram colamus ꝛ veneremur. Suspiciat quesumus grata ac benefica illa fronte qua semper solita est nostra omnia ac aliena pariter suspicere sūmas has ꝛ capitula quedaꝫ ab Excellentissimis Iu-risconsultis nostris sūma animaduersione ad rem ipsam ordinā-dam digesta: Queꝗ sine nutu suo rata esse non possunt depre camur mite istud ingenium munificamqꝫ voluntateꝫ suam vt ve-lit pro immortali ꝛ nūꝙ indebili in nos beneficio cōmunire ea auctoritate sua ꝛ robur sue confirmationis adijcere: Ita.n.gra-tiam quam Sanctissimus. D. N. per breuiores litteras suas no bis indulsit locupletiorem habebimus: Et nos eam. T. R. D. ac Illust. non solum ꝯfirmandam sed sub vmbra pręsidij sui diuti-us nobis conseruandaꝫ ꝛ nunꝙ inficiendaꝫ auspicatissime dedi camus. Ita eniꝫ fiet vt nos populusqꝫ noster vniuersus iure sue liberalitatis dono non solum a scelestissimis manibus vendica-tam Perusiam suam sed auctam amplificatamqꝫ esse ingenue fateamur ꝛ recognoscamus: Deum Optimum Maximum de-precamur vt Reuerendissimam celsitudinem tuaꝫ nobis ꝛ orbi vniuerso diutius seruet incolumen vt hanc patriam nostram assi due protegat ꝛ habeat cōmendatam. Perusię pridie Idus Augusti. M. D. XXX.

L. Al. Podianus Secretarius.

Hyppolitus Sancte Praxedis Dyaconus Car dinalis de Med. Perusięqꝫ ꝛc. Lagatus. Magnificis viris Prioribus Artium ciuitatis Perusię salutē ꝛ synceram in do mino charitatem. Cum studium curam desideriūqꝫ vestruꝫ erga iustitiam ciuitatis populiqꝫ istius conseruationeꝫ ex his que scri

bitis attendimus non possumus votis desiderijsq; vestris non facile libenterq; annuere ac sumopere laudare, que de constituendo Rotę auditorio in ista Ciuitate excogitastis/ad quę cu; iam S.D.N.consensus accesserit.Uosq; super illis statuta, constitutiones ⁊ capitula de cōsilio Excellentissimoꝝ.J.U.doc.vestroꝝ edideritis petieritisq; a Nobis illa auctoritate nostrę Legationis pro validiori eoꝝ firmitate confirmari. Igitur nos ex omni ipsius legationis nostrę potestate petitionibus vestris inclinati preinserta omnia ⁊ singula / salua ipsius legationis auctoritate, Presentium tenore confirmamus ⁊ approbamus perpetuoq; rata ⁊ firma esse decernimus ⁊ obseruari mandamus, Contrarijs non obstantibus quibuscunq;. Datum Romę. Die. xx. Augusti. M. D. XXX.

Idem Hyppol.Card.Med.Legatus.

Fuluius Farratinus.

Impressum Perusię per Hieronymum Francisci carthularij.Tempore Magistratus Nobili viri Jo.dñi Gentilis de Gratianis, ⁊ socioꝝ.M.D.P.Artiu; ciuitatis prędicte sub annis dñi. M. D. XXX. ⁊ die.xxj.Septembris: tempore.S.in xpo patris domini nostri dñi Clementis diuina prouidentia Pape.vij.